

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Annus Cisterciensis**

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta  
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs  
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

**Meglinder, Joseph**

**[S.I.], Anno MDCLXXXII.**

8 Februarij. 6 Idus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45295**

(✿)(✿)(✿)(✿)§(✿)(✿)(✿)

## 8 Februarij. 6 Idus.

BENEDICTUS VINCENTI, Archiepiscope Cra-  
coviensis; sinè adulatio*nis* pericu-  
lo honorande titulo Illustrissimi. Eras anno  
1206. enim largus in pauperes, quibus per  
modum patrimonij in usum cedebant  
Cathedralæ tuæ proventus: pius in Pietas  
DE-illu-  
UM; cuius Aras & templa sumptuo-  
sissimè exornasti: solicitus de subdito-  
rum salute; quos ad se<sup>t</sup>andam justiti-  
am Christianam, verbo, & exemplo  
excitasti. Peracto decennio, sæcula-  
rium negotiorum satur, abdicata di-  
gnitate, emeritum vitæ clarissimæ cur-  
sum in Cœnobio Andreoviensi, Cister-  
cienses inter monachos consummare  
decrevisti. Ubi tui abnegatione, atque  
alijs heroicarum virtutum actibus per-  
fectissimum quemque superans; non  
solùm in vivis multa edidisti miracu-  
la: sed hisce adhuc temporibus sepul-  
chrum tuum efficis gloriosum prodi-  
gijs. Ita ut in dies Curiæ Romanæ ex-  
pe<sup>t</sup>etur Decretum, quo solenni ritu  
Sanctorum Albo inseratis. *Effice tuis*  
*pro me precibus, ut nomen meū albo electo-*  
*rum maneat inscriptum: & quamvis illud*  
*peccata mea fortiè expunxerint; exorabi-*

*Episco-*  
*pum e-*  
*xuit, ac*  
*mona-*  
*chum*  
*induit.*

106 ANNI CISTERCIENS.

lis tamen est illa Curia cœlestis, ut si suspiria pœnitentis promovereat deprecatio Justi, me in gradum pristinum benignè restituat.

B. PAVO: qui in ætate puerili solum paternum relinquens, conversorum habitum (etsi te generis non vilis origo ad altiora vocaret) in Cisterciensi monasterio de Luka in Saxonia suscepisti. Ubi cùm nulla re magis deleteraris, quām statui illi congruis, demissionē nempe & contemptum parentibus laboribus; insignem humilitatis & obedientiæ thesaurum collegisti: quo dives; & gratia præveniente de conscientiæ puritate securus, hilari ac subridente vultu, præsente cœlitum non parvo numero, cum morte congreffus es. Innocentiæ tuæ beneficium fuit mors tam læta & felix. Excidi ego, heu! miser de hac felicitate. In cuius tamen vicem quia naufrago mihi tabulam pœnitentia offert Divina Bonitas; fac, ut illam modò, dum tempus est miserendi, forti animo apprehendam.

Mors  
læta.

Tabula  
pœni-  
tentia.

S. BERNARDUS, serm. 40. de divers.

Spes fa- Scimus, Domine Jesu, non privabis lutis ab bonis eos, qui ambulant in innocen- innocē- tia: sed nec illos, qui ambulant in pœni- tentia. Quia enim peccatum non fecit

fecit nisi unus; beatus vir tamen, cui  
non imputavit Dominus peccatum.  
Omne, quod ipse mihi non impuia-  
re decreverit, fit, quasi non fuerit.



9 Februarij. 5 Idus.

S. GILBERTE, qui sanctimonie se- Obiit  
mina à magno Magistro BER. anno  
NARDO accepta, in Angliam tuam 1190.  
transportans, ad tam uberes fructus  
produxisti: ut humanæ sortis commu-  
nes metas transgressus, proximè ad *Admi-*  
Angelicam vivendi normam accessse- *rabilis*  
ris. Præter herbas enim, eásque vix ni- *potius*  
si insulsas, nullum aliud ciborum ge- *quam*  
nus admittebas. Ut corpus se ad labo- *imitabi*  
rem, non ad quietem natum agnosce- *lis vitæ*  
ret; illud continua gestatione cilicij ad- *rigor.*  
monebas vigilantiæ; quam ab eo eti-  
am nocturnæ quietis tempore exige-  
bas; solitus noctes totas precando con-  
sumere: aut si aliud imperasset legis  
impatiens naturæ necessitas, stando,  
sedendōve somnum libare potiùs, ac  
pati, quam capere. Morbis intercā,  
ventis, & igni pro arbitratu leges dice-  
bas: at non persecutionum procellis,  
in te non semel cum impetu irruenti-